

matum. Et qui in hunc regnum post me successerit, et istum testamentum infringere conaverit; sive Rex, sive Comes, vel quilibet potestas, quicumque sit; sit ille deo reus, et a communione extraneus, et a corpore et sanguine domini nostri privatos [sobre la o una u] per longum tempus idest per omne seculum, cum juda domini proditore cruciandus, simili dampna et pena dampnetur. Et hoc meum testamentum semper maneat firmissimum. Factam series testamenti paginolam. sub die quod erat, III.<sup>o</sup> nonas februarii. ERA. M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> XVII.<sup>a</sup> Ego Adefonsus imperator, vobis patronibus meis iam dictis, sanctorum apostolorum petri et pauli, et Abbatii meo suprascripto Hugoni, et ad universam congregationem, idem monasterii in hoc testamento quod fieri jussi et relegendem audivi, manu mea signum inieci. *Suscripciones:* Primera columna: Pelagius Leionensis episcopus confirmans, Bernardus palentine ecclesia episcopus conf. Eximinus Burgensis episcopus conf. Didacus iriensis ecclesie episcopus conf. Munio Aucensis ecclesia episcopus conf, Belasco cenobii sancti Emiliani abbas conf. Oveco Oniensis Abbas conf. Sisebutus caradigne cenobii Abbas conf. *Después de la confirmación de cada uno viene un signo.* Segunda columna: Ranimirus garsie Regis filius confirmans. Urraka Fredinandi regis filia conf. Elvira soror ejus, filia scilicet ejusdem Regis Fredinandi conf. Ermesinda garsie Regis filia conf. Domna Exima ejusdem Garsie Regis filia conf. Munio gundissalviz Comes conf. Petro Assuriz Comes conf. Gundissalvus salvatoris Comes conf. Senior didaco albariz conf. Senior scemeno furtunionis conf. Didaco Assuriz comes conf. Martinus Adefonsi Comes conf. Didaco gondessalvis conf. Fredinando vereinudiz conf. Pelagio gomiz conf. Pelagio vellitiz maiordomus conf. Petro iohannes conf. *Después de la confirmación de cada uno viene este signo ☧.* No hay signatura, ni testimonio final del notario.

D. XIX

Sub nomine sancte et individue trimitatis quam ego credo et adoro et confiteor Ego Stephania dei ancilla feci hoc testamentum pro timore mortis mee et remedio anime mee, nullius cogentis imperio, nec suadentis ingenio, sed mea voluntas accessit, et ita divisi omnia mea, tam mobilia quam immobilia, de minimo usque ad maximum, in presentia de senior eximino garceiz, de senior fortun lopez, et de senior fortun sancii, et senior fortun velaskeiz, et senior eximino fortuniones, et episcopo

domno Gomiz, et domna Auria. In presentia de hiis omnibus, do atque divido. In primis ita facio pro anima mea ad dei honorem et sancte Marie. Do in primis Cannas cum omni integritate, et cum illa Albergaria de Naiara, et cum meis vineis, terris, et ortis, et quicquid ibi comparavi, ut totum sit in helemosina danda pauperibus pro animabus nostris. Ita ut teneat eas domna Auria, tamdiu vixerit, et faciat pro anima domini mei Garsie Regis quam etiam et pro me. Eo modo sicut disposui ante illos testes nominatos, sub jure sancte Marie. Similiter do sancte Marie illos monasterios quos habeo, idest sanctam columbam, cum tota sua perflentia ad integratatem, et cum suas viillas, idest illa populatione, argenzana, tor secca, et fonte major, et cova de peros, cum illas castaniares, et antelena, cum omni eorum perflentia, et sancti saturnini, cum omnibus que ad eum pertinent, etiam eodem modo quod disposui sub jure sancte Marie: ut faciant pro anima mea et de meo seniore qui commorantes fuerint in domum sancte Marie. Igitur si venerit ad aliquam de meas filias in talentum deo servire, et habuerit habitum de deo vota, habeat hec supranominatum cum istos quos dixi in unum, et faciat pro mea anima et de meo seniore, etiam sub jure sancte Marie. Si autem minus evenerit de eos, in arbitrio sit de illos seniores iam dictos, ut mittant in eorum loco tales fideles qui faciant pro mea anima et de meo seniore, sub jure sancte Marie, cum toto quod superius scriptum est. De meas forteras, de vaso de argento, quicquid habuero: commendando unam partem ad senior eximino garceiz, alia ad senior fortun lopes, tercia ad senior fortun sancii, ut teneant illas per fidelitatem, et vendant illos vasos vel forteras salomonaticas in dupplum pro plata, et illas alias, illo valente et toto precio; donent illum a domna Auria, et illa dispendat illa in opera de sancta Maria pro mea anima et de meo seniore. Nunc etiam ita dispono et divido et confirmo ad meo filio sancio Rex; castellum vicariam cum. XIII, villas ut possideat illum. Divisio talis erit inter meos filios. Ad meo filio sancio rex vicariam, et haratalbela, alhazel, et castellion, sancta eolalia, et excluniana, lizuelos, et sorvetielo, sorizano, et natla, fruvekella, et viriza simul et luezas. Et domno Ranimiro meo filio: Leza cum suas villas, soto, et ciellas, alfizero, et torriciella in cambero, et larraga, his con suis terminis. A domno Fredenando meo filio guvera cum suas villas, bucesta et lacuniella, orela cum eorum terminis. A domno Regummendo meo filio: murielo et cobiela, villuela, Egonciello, cum eorum terminis. Ad filia mea

urraka: Alberite, Lardero, mucrones, cum eorum terminis. Ad filia mea ermisenada: villa mediana, et matres, cum eorum terminis. Ad filia mea eximina: corcuetos et fornos simul et daroka, cum eorum terminis. Ad filia mea majore jangua. Ataio, viliela, cum eorum terminis. Has omnes villas do ad filios et ad filias, unicuique cum eorum terminis et hereditates. De meos pannos et acitaras, quomodo et de lectos sicque et de vestimentis, exceptis quos dedi, commendo ut solvant illos debitos quos debeo, et quod remanserit intret in illa labor de sancta Maria. Dono illum unum bustum de meas vaccas ad sanctam columbam, et illo alio busto illas medias ad illa helemosinaria de Naiara, pro pauperibus, et illas alias medias ad cova de peros, pro mea anima in helemosina, meas oves illas medias ad illa helemosinaria de Naiara, et illas alias medias ad cova de peros pro mea anima in helemosina. Meas equas; illas medias ad sanctam Mariam de Naiara, pro mea anima, et de meo senior, et illas alias medias ad cova peros. Hoc testamentum quod feci, in presentia de senior eximino garceiz, et de senior fortun lopez, et senior Fortun sancii, et senior fortun belaskez, et senior eximino fortuniones, et episcopo domno Gomiz: Ita affirmo, ut si de ista infirmitate migravero; sicut suprascriptum est, ita fiat: Et in arbitrio de istos seniores qui sunt hic scripti fiat pro anima mea facere, cum eisdem domna auria similiter et pro anima domini mei. Precor et commendo animam meam in manu dei; et post in manu de meos amicos de pampilona, et alava. Et conjuro, ut ob amorem dei faciant caput post mortem meam, sicut in vita fecerunt super me. Insuper moneo et conjuro per dominum, in qualem licentiam mihi dedit dominus, ad filium meum sancium Regem, et ad illos alios, de minimo ad maximum, meos filios, ut si de ista infirmitate transiero; sicut hic resonat ita fiat pro anima mea. Et ista divisio sic sit inter illos. Et quisquis ex meis filiis voluerit de meo scripto aliquid disrumpere, in virtute domini sit anathema[izat]us, anathema maranata, et extraneus a fide catholica, et excommunicatus a sancta trinitate, et confusus discedat ab hoc seculo, et sit pariceps jude traditoris in inferno inferiori, in secula seculorum amen, et cum zabulo sit ignibus eternis consummandus, amen. Et si vixero de hinc in antea; habeam totam meam causam in mea potestate, cumque viva fuero; et meum testamentum qualem voluero; meliorabo, et fiat in mea licentia faciendi de meis rebus atque pertinentiis quicquid voluero; annuente domino.